



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

est, & non poteris nō impingere & excæcari ad istā
 lucē inaccessam, ubi tua ratione & sapientia uolue-
 ris metiri quæ dei sunt. Paruulis & stultis se reue-
 lat deus, qui pmittūt deo sua opera & iudicia, sapiē-
 tibus & prudentibus se abscondit. Ro. 11. O altitudo
 & c. Eccli. 3. Altiora te & c. Vide & hic exem-
 plum prudentiæ humanæ, ad alios detrudūt diuinā
 rem quæ ipsis uidetur incōmoda, ueniam rogare nō
 norunt, tametsi populus dei uideantur.

CAPVT VII.



Hic uides abiectum esse locum in Silo oc-
 casione peccati filiorum Eli, ubi hucusq;
 fuerat tabernaculum domini cum arca à
 tempore Iosue. de qua abiectioe loquitur
 scriptura psal. 77. & Hieremiæ. 7. ut in deo di-
 scamus herere & confidere, non donis dei quibus-
 cunq;, alioqui peribis illis pereuntibus, Veritas autē
 domini manet in æternum. Quod uero ad histo-
 riam attinet, sic habeto ex scriptura. In terra Ca-
 naan arca primū usq; ad hoc tempus erat in Silo cū
 tabernaculo domini, Inde sine tabernaculo illo Moysi
 erat in Gabaa in domo Aminadab leuitæ, usq; ad an-
 num quo ducta est à Dauid in mōtem Sion. 2. Re. 6.
 ubi tetendit Dauid ei tabernaculū, nō illud Moysi,
 ubi & postea per Salomonem edificatū est templū.

Tabernaculum uero Moysi interim legitur in uarijs locis. Nā in cap. xxi. legitur in Nobe, & in Paralip. cap. xxi. in excelfo Gabaon. Porrò potuerat uideri locus in Silo electus à deo secundū legem Deut. 12. sed ubi abiectum uidebant, ignorantes interim quem locum sibi eligere uellet dominus, utebātur ea libertate qua ante legem utebātur Noë, Abraham, Isaac, Iacob, offerentes in uarijs locis, ut in isto primo libro uides, certe nō contra legem, expectabant enim de loco à domino eligendo dei reuelationē, quæ reuelatio facta est tēpore Dauidis, ut suo loco dicemus, nā lex loci nomen nō expreßerat. Interim ista dicimus de pijs, qui, qd' ad reliqua attinet, secundū præscriptū legis & uerbi dei in locis illis faciebāt. Sic autē cōmīnatur dominus, postea abiecturū se templū & locū in Hierusalē, quēadmodū abiecerat in Silo, nisi audiāt uocem eius. Fidē exigit tota scriptura, indicās fiduciā in externa sacramēta & opa legis esse idololatriam, qua de re satis supra diximus. Regeuit. Heb. Fleuit. .i. in angustia erat & desyderabat à deo liberari à seruitute Philistijm. Ea desyderia suscitatur dominus, quādo liberare uult etiam nescientes adhuc rationē suæ liberationis, & saepe nihil minus sperātes. Sic audit & clamorem filiorum Israēl in Aegypto, ut legis in Exo. Nam ipse desyderia liberationis excitauerat, ut cunq; non uiderent se liberandos, tanq;

tum aberat ut tam gloriosam & mundo stupendam liberationem cogitarēt. Sic multi ex nostris ante reuelatum euāgeliū cupiebant aliquā fieri ordinationē ecclesiæ uniuersalem, ut multa in melius reformarentur, quādo interim deus moliebatur sua in nos pietate Euangelij reuelationem. &c.

Ait autem, In hoc toto capite uide quantum dei munus sit dare uerbi dei predicatorē. Hactenus in tenebris agebat populus sub Ophni & Phinees impijs sacerdotibus, ut etiā uideas pp̄m defecisse à lege & uerbis dei ad Baalim et Astaroth deos gētiles, quē admodū & nos hactenus (ab impijs doctoribus seducti) secuti sumus deos alienos, id est fiduciā nostri & opa manuū nostrarū. &c. Iccirco perijt populus sub Philistijm, traditi & nos sumus dei aduersarijs propter cordis nostri impietatem & idololatriam. Sub Samuele uero populus reuertitur ad deum, liberatur à deo, pacem habet, & inimicis superior est, quia in Samuele uerbū dei habet, Et nos iustificati ex fide pacem habemus, & premimus regnū satanæ & anti-christi sub pedibus. Rogate ergo (inquit Christus) dominū messis &c. Nā ira dei est cū aufertur uerbū dei, Esa. 3. & Amos. 8. rursus gratia cum redditur. &c.

Si in toto corde.] Ad primū præceptū, atq; adeo ad fidem siue fiduciā in deum eos reuocat, qua de re plenus liber Deutero. Aquam.] Ut hoc signifi-

caret corā domino, qđ lachrymæ & desideria supra
In psal. Effundite coram illo corda uestra. &c.

Ne cesses. Aliter nūc uerbo dei instituti sunt,
ut non dicāt, Arca liberabit nos, ut supra sub impijs
Ophni & Phinees. Clamauit.] Oratio fidei sal
uauit, non opus externum sacrificij.

Lapidem.] Qui esset signū diuini beneficij etiā po
steris, uel ex appellatione, quemadmodū & lapis Ia
cob Gen. 28. & lapides Iordanis Iosue. 4.

Ultra.] Scilicet sub Samuele, quēadmodū statim se
quitur. Nam scriptor scribit pro tempore suo.

In Ramatha.] Hæc adduntur ut uideas eū non am
plius esse sub uoto matris, ut supra indicauimus.

CAPVT VIII.

IC primū, quāuis occasione accepta
ex peccato filiorū Samuelis, tamē im
pie petūt regē, qui ipsos more gentium
defendat, non respiciētes in deum, qui
hactenus rex ipsorum fuerat, & pro eis pugnauerat,
quemadmodū Moyses dixit, Dominus pugnabit pro
uobis, uos tacebitis. quod dederat ipsis propter iudi
ces Moysen, Aaron, Iosue, Eleazarum, & subinde
alios, ut in libro Iudicum legitur, p̄ quos eos saluos
fecerat ab inimicis usq; ad Eli, quādo ne propter im
pietatem quidem & Idololatriam ppli deseruit eos,